

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Mantzel

Programma, Quo Ad Natalem Salvatoris Nostri Jesu Christi, devotissima & gratissima memoria recolendum Rector Academiae Rostochiensis, M. Johannes Mantzel/ Gr. Lit. P. P. & Fac. Philos. hodie Decanus Omnia Ordinum Cives Academicos serio & officiose invitat

Rostochii: Keilenbergius, 1677

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn733989527>

Druck Freier  Zugang





T. 512.

1674. Weihm.

M-1256. 23.

Maij 1672.

PROGRAMMA,
QVO
AD
NATALEM
SALVATORIS NOSTRI
JESU CHRISTI,



devotissimâ & gratissimâ me-
moriâ recolendum,

RECTOR
ACADEMIÆ ROSTOCHIENSIS,

M. JOHANNES Mangel

Gr. Lit, P.P. & Fac. Philos. hodie
DECANUS

Omnium Ordinum Cives Academicos
seriò & officiò invitati.



ROSTOCHII,

Typis FRIDERICI KEILENBERGH, Univ. Typogr.

Anno. CIC 1672. LXXVII.

M. 1256²³

Dum pro veteri laudabiliq; Academiarum more in honorem Nostri nobisq; nati JESULI Programma conscribimus, tota tanta se se circa incomparabile hocce puerperiū admiranda offerunt, ut attoniti stantes, qvid potissimum præq; ceteris miremur, cum ignarissimis prorsus ignorem9. Ut enim, excerptis saltim non-nullis, à PUPEREA faciamus initium, certum est, nostræ huic in omni, sive sacra illa, sive profana fuerit, historiâ, nullam omnino dari inventivé similiem. Prout namq; sacer Prophetarum chorus, inspirante DEO, jam quām diutissimè antè prædixit, MATREM heic habemus, eandemq; VIRGINEM. Virgo scilicet tantorum miraculorū in præsens est officina: Virgo est, quæ innocentissimis amplexib; salutarē orbi fœtū in utero fovit, intemerataq; sanctimoniâ feliciter est enixa. Hujus, hujus, inquam, in gremio, partus & integritas, discordes tempore longo, fœdera pacis habent. ô beatū igitur hunc MARIÆ Virginis uterum! reetè illum Veteres secundi Adami Paradisum, & conclave,
in quo

in quo Verbum humanam naturam sibi despontarit, vocitarunt. Virguncula etiam nostra rubus iste est, quem divini partus ignis non consumsit: Gideonis purissimum vellus est, quod cœlesti rore divinaq; pluvia ubertim maduit: nova illa gloriæ arca est, quæ incorruptibile & dulce animarum Manna humano generi temporiùs exhibuit: quin præclarum illud templum est, ex quo æternus ille Sacerdos juxta Melchizedeci ordinem tandem est egressus. Exulta ergo, ô Zion, lætare Jerusalē, novumq; hunc honorē Deiparæ huic ex animo, & cum jubilo gratulare: processit etenim hodiè de Ventre Virginali puer admirabilis, totq; delectabilis in humanitate, qui inæstimabilis, est & ineffabilis in divinitate. ô θεογαμίσαντον θυμα! ô μέγα, imò ὄμολογαμένως μέγα μυσῆριον: Virgo Deum orbi peperit! ô Ιησος ἐθαυμάσθη ἐν σπηλαι! ô λόγος σαρξ ἐγένετο! Puer Virgine natus, non divinus modò, sed Deus ipse est!

Quantum denuò admirandorum mare circa Puerulū hunc se nobis hīc aperit? quis mortaliū in notissimā hac infirmitate dignè considerare eloquive hæcce posset? Et quippe JESU CHRISTI nativitas, uti Leo Magnus, Serm. 10. in nativ. Domini ait, mysterium summum, quod omnem superat intel-
ligent-

sigentiam, & cuncta exempla transcendit, ut nulli rei possit esse
comparabilis, cum citra omnia sit singularis. Et Origenes
dei dēx̄w l. 2. c. 6. ex omnibus, inquit, miraculis illud penitus
humanæ mentis admirationem excedit, nec invenit mortalis in-
telligentia fragilitas, quomodo sentire vel intelligere possit, quo-
modo Dei Verbum, potentia, & Sapientia, per quam creata
sunt omnia, intra circumscriptionem ejus hominis, qui in Iudea
apparuit, credenda sit; sed & ingressa DEI Sapientia uterum
feminae, nasci parvulus vagitumque emittere voluerit. Arbitror
sanè, quod omnium, etiam sanctorum Apostolorum, super-
grediatur mensuram, quin in modo etiam totius creaturae. Mirabimur igitur, non rimabimur, tam admiranda hæcce Pueri hujus *θεωρίας*, & qui Esaïæ
κατ' εξοχήν θέλει seu mirabilis audit, *γενίστηκε*, & procul
a nobis sit, ad hunc ardantis rubi ignem justo
propius accedentes in sacratissimi hujus negotii adyta temerario ausu, irreverenterque velle
irruere. Miramur autem & demiramur inco-
prehensibilem illam & *ἀπόντος* planè, non perso-
narum, sed naturarum, non naturalē, sed per-
sonalem in hoc puerō *πνεύμα*, humanā videlicet na-
turam cum divinā tam arctō & in æternū in-
terminabili vinculō connecti, tamque infinitè a
se invicem, non intervallis quidem locorum,
sed substantiā, sed excellentiā ac sublimitate
distantia, tam feliciter potuisse uniri, humanā
item

item naturam in infinitam ^{τε λόγος} subsistentiam
elevatam collocatamq; esse. Miramur, Ver-
bum factum esse, quod pridem non erat;
factum esse carnem, carnem in suam subsi-
stentiam recepisse, Deumq; ve sine ulla inter-
veniente sui immutatione hominem factum
esse. Miramur mirabilem illam divitiae-
rum divinarum, infinitarum omnino & in-
effabilium, in naturam humanam effusionem,
svavissimamq; earundem cum eadem co-
municationem. Miramur inexplicabilem istam,
Paulloq; decantatissimam formæ Dei exina-
tionem, illiq; respondentem formæ servi as-
sumptionem. Hac ipsa scil. summus cœlorum
Dominus, vilissimus evasit servulus, imò im-
mensus parvum, simplicissimus compositū,
fortissimus infirmū, opulentissimus pauperē
sese quām liberrimè stitit. Quanta, quæso, ad-
mirandorum hīc est series, quanta congeries?
Profecto, cui hæc mīra non sunt, nil unquam
mirabitur, exutoq; prorsus homine, vel in
truncum vel lapidem abiisse, jure merito est
dicendus. Sed plura, quæ æquè miremur, ad-
huc nobis restitant. Æternitatis enim Pater,
quid

quid dicemus? vel unius horæ, diei^q; unius fit
puerulus! nonne igitur in temporis mensurā
incidit, quo nihil, vel temporis momēto, pri⁹
extitit? nonne incipit habere principium, qui
omnibus rebus, illiq; suo principio fuit princi-
pium? nonne qui in cœlis Patre suo non est
posterior, jam matre suâ his in terris posterior
esse, revera incipit? Quàm blandulus etiam,
quàm bellulus, quamq; plenul⁹ hic noster est
JESULUS? certè, tam amabilem puerum citra
summum animi prolubium stuporemq; sum-
mū contemplari nemo unquam poterit. Jacet
is in præsepio: Deus igitur est in præsepio,
imò Deus jacet in præsepio Esse Deum in præ-
sepio, esse in stabulo, magnum est, dīvinumq;
est; jacere in præsepio, jacere in stabulo, mira-
culū est. Sic etiam in sordibus, æternæ Maj-
statis puritas lucet; etiam in tenebris lux per-
ennis sapientiæ mirificè coruscat: etiam in an-
tris patet conditoris gloria. Cur autē in præ-
sepio, non in cunis? cur in fœno, non lectulo?
cur in stabulo, non basilica? cur Bethlehemi,
non Hierosolymis? cur in pannis, non auro
gemisq; variegatis fasciis? magnos magna de-
cent,

cent, cur tam magni puerperii tā exigua, imò nulla pompa est? Cur hic Maximi Patris non minor Fili⁹ tam pauper, & inter pecora nascitur? nescis? Pauperrimos nos, & vel quovis Irō mage pauperes hōc pactō reddidit ditissimos. Incedebamus siquidē, originalis justitiæ veste per laplum fœdisimè perditā, quā pannosissimi: orcus miseris manebat, & æternis æternarū tenebrarum fidiculis eramus distendendi; ast tantis malis fœnō, præsepi, pañis & stabulō JESULUS noster, pro mirabili misericordiæ erga nos affectu, jam est medicat⁹. Pro hoc igitur inexplicabili beneficio, æternæ, CIVES OPTIMI, & quas mente concipere unquā possumus, DEO agendæ sunt gratiæ. Faciunt hoc Angeli, ad quos tamen, velut redētionis non indigos, hæc nativitas non præcisè pertinebat, cur non Nos faceremus? illi pleno ore: GLORIA IN EXCELSIS DEO, cantillant; cantemus & nos, justoq; carminū modulamine, gloria illud, uti ubi sumus modulemur. Gloria sit PATRI, quod unicū Filium, inæstimabile illud, & plus quam donum, imaginē sui deliciasq; suas nobis in peccatis mortuis, taliq; ve
dono


dono penitus indignis gratiōsē fuerit largitus. Glōria sit FILIO,
qvōd nostri misertus miseriam nostram suam, suamq; felicitatem
nostram clementissimē esse voluerit, proq; pauperrimis ditandis
ex dilissimo pauperrimus, ultrō, & nullo alio, qvām miseriæ nostræ
argumentō permotus, evaserit. Glōria sit SANCTO SPIRITUI,
qvōd efficaci & potenti sua superventione circa hoc ēstagnātō negotium,
ad Salutem nostram feliciter promovendam, fuerit ope-
rosus. In signum etiā gratiā nostri erga tantum benefactorem ani-
mi, non nobis, sed illi, qui non sibi, sed nobis natus est, vivamus. Si
qvārimus, qvomodo? Omnia nos Christi vita docere potest. Do-
ceat nos Infantulus, seqyamur puerulum, res salva & in vado erit.
Est hic Princeps pacis, sectemur ergo pacem. Quid in exosa istā, &
qvā vel maxima qvāq; dilabuntar, discordiā, vel honoris vel lucri
est? Sed utinam Vos, Studiosi Juvenes, ceu fas qvidem justūq; erat,
hoc ipsum curaretis. Commendavimus Vobis pacem, &, qvia ma-
luistis, mandavimus. Cur igitur rixamini? cur digladiamini? Satis
turbarū jam est, desinatis, qviescatis. Certum enim est, si pergetis,
inq; hoc præprimis augustissimo Pacis festo, qvo Angelorum exer-
citus: *Pax in terris*, resonat, ulteriores lites movebitis, Princeps pa-
cis, gravissimus hostis, & placidissimus puer, severissimus Judgex ad-
erit, imò Nos qvoq; jubente officio, neglectæ pacis non negligentes
legnesve nos præbebim⁹ Vindices. Est hic frigoris inopiaq; pa-
tientissimus Jesulus; & nos igitur imposita nobis onera patienter
feram⁹, in sorte qvavis, etiam duriore, latissimi. Est hic frugalissi-
mus puerulus: ergo & nos ipsi ejurat luxuriā ingluviem gulamq;,
præprimis diebus hisce sacrī, fugiamus. Est hic obedientissimus fi-
lius: & nos ergo ad exemplum ejus, DEO, Deiq; vicem gerenti Ma-
gistratui & parentibus libenter pareamus. Sic cuncta discere à Præ-
ceptore puerulo, sic grati acceptiq; Deo esse possumus. Pauca po-
suimus, restant, volente id paginā, plurima. Sed hæc freq̄uenti Ver-
bi Divini historiæq; nati Jesuli lectione, auscultatione ac meditati-
one per Dei gratiam de facili assequemur, qvod faxit JEHOVA Ju-
STITIA NOSTRA, cui sit laus & gloria in Eterni...

P. P. Sub Sigillo Rector. d. 25. Decembr. 1677.

•(O)•



cent, cur tam magni puerperii tam
nulla pompa est? Cur hic Maximus
minor Filius tam pauper, & inter-
tur? nescis? Pauperrimos nos, o
Iesus! mage pauperes hoc pacto re-
mos. Incedebamus siquidem origi-
nate per lapsum fœdisimè perde-
nosissimi: orcus miseros manebat
æternarum tenebrarum fidiculis eri-
dendi; ast tantis malis fœno, præ-
stabulô IESUS noster, pro mihi
cordia erga nos affectu, jam est natus.
hoc igitur inexplicabili beneficio
CIVES OPTIMI, & quas mente co-
quā possumus, DEO agendæ sunt
unt hoc Angeli, ad quos tamen
tionis non indigos, hæc nativitas
pertinebat, cur non Nos faceremus
ore: GLORIA IN EXCELSIS DEO, cari-
temus & nos, justoq; carminū in
gloria illud, ut i ubi sumus modu-
ria sit PATRI, quod unicū Filium, in
illud, & plus quam donum, imagi-
ciasq; suas nobis in peccatis mor-



the scale towards document